

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

**§. XIV.**

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

voce Omnes, habeatur Multi; Multos enim s<sup>e</sup>pe pro omnibus ponit, Nostrates jamdudum contr<sup>a</sup> Reformatos demonstraverunt. vid. *Rom. V. 19.* &c. Cum itaque vox omnes particularitatem apud *Job. V. 28.* induere nequeat; voci Multorum vero universalitas non repugnet: manifestum est, locum *Dan. XII. 2.* esse explicandum per locum *Job. V. 28.* non vero hunc per illum.

Minorem ita probo:

Nulla datur piorum resurre<sup>c</sup>tio extr<sup>a</sup> illam quae futura est in adventu Christi.

At Resurre<sup>c</sup>tio de quâ agitur *Job. V. 28.* est etiam piorum resurre<sup>c</sup>tio, ut in textu aperte dicitur.

Ergo Resurre<sup>c</sup>tio *Job. V. 28.* eadem erit cum resurre<sup>c</sup>tione piorum in adventu Christi futurâ.

Major constat, cum ante adventum Christi nec ip<sup>s</sup>i Chilias t<sup>a</sup> aliquam credant resurrectionem mortuorum, post adventum Christi vero nullam dari amplius piorum resurrectionem evictum sit in thesi quintâ.

§. XIV. Atque ita appetet, recte in Programmate summè Venerabilis Domini Præceptoris positum fuisse, quod visibilis Christi è cœlo adventus cum universalis resurrectione carnis sit conjunctus, quicquid etiam hic indignetur D. Animadvertisens §. 29. Nec est quod hic objiciat, locum illum 2. Tim. IV. 1. Obtestor coram Deo & Domino Jesu Christo qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri suo adventu, in Programmate adductum, non conjungere cum adventu Christi universalem carnis resurrectionem, sed judicium saltem vivorum ac mortuorum. Quamvis enim universalis hæc resurre<sup>c</sup>tio in allato dicto non continetur narrat pror, poterit tamen per bonam consequentiam ex eo deduci, cum judicium vivorum & mortuorum non possit haberi nisi mortuis resurgentibus, unde illud judicium

Multos enim fere  
udum contra nos  
n. V. 10. &c. Omnis  
pud. Job. V. 13. in  
universitas unius  
Dan. XII. 2. etiam  
vero hunc per illam  
fieri extra illam  
st. Job. V. 13. effici  
xtu aperie' dico  
adem erit cum  
u Christi fuit  
um Christi n  
tionem v  
allam dampna  
fit in the  
et, recte in prop  
Præcepimus  
celo advent  
conjunctionis  
advertisens  
am 2. Tim. III.  
Christi qui ad  
adventis, infinge  
cum adversari  
em, sed justum  
quamvis enim am  
eo non concrever  
consequitur esse  
& mortuorum no  
genitos, unde illa  
ciūm in adventu Christi instituendum præsupponit jam  
& infert aliquam mortuorum resurrectionem quæ col-  
locanda sit in eodem adventu Christi. Hanc autem non  
esse posse nisi universalem, assertione præcedente e-  
victum est.

§. XV. Assertio octava: Nulla igitur expectari  
adhuc poterit particularis mortuorum resurrectio.  
Etenim si talis daretur extrâ illam universalem, aut in  
eâ resurgerent quidam saltem pii quod fieri non posse  
supra n. VI. est ostensum, ubi argumento evidenti evi-  
ctum fuit quod omnis ordinaria (de tali enim saltem  
jam loquor nam licet conclusio de extraordinariâ re-  
surrectione non minus vera sit, de illâ tamen ex præ-  
missis principiis non potest demonstrari, sed ex eo  
quod Scriptura nullius adhuc futuræ extraordinariæ  
resurrectionis mentionem faciat) piorum resurrectio  
incidere debeat in diem extremum, in eo autem resu-  
scitabuntur non quidam ex piiis, sed omnes pie demor-  
tui, & quidem uno actu, velut ibidem ostensum fuit.  
*Aut* porro resurgent omnes pii impiis M. adhuc annos  
in sepulchro relictis, quod est contra Assertionem sex-  
tam, quæ tamen sufficienter confirmata est n. xi. ex a-  
pertissimo Christi dicto Joh. V. 28. *Aut* resurgent omnes  
pii cum quibusdam impiis id quod est contra Thesin se-  
ptimam, ubi resurrectionem piorum cum impiis uni-  
versalem esse ostensum est, ex eodem dicto Joh. V. 28.  
*Aut* deniq; quidam impiis tantum quod eodem modo im-  
pingit in conclusionem septimam, quæ omnes impios  
eodem actu cum omnibus piiis in adventu Christi susci-  
tandos esse demonstrat.

§. XVI. At videor mihi adversæ parti addictos,  
nescio quid, subsurrantes audire de hypothesi illa  
quam cum Quakeris communem nonnulli eorum fo-  
vent,